

Bullarium Romanum

clisae iniuste detinent, & violenter auferunt, denunciamus nomine Domini Jesu, & apostolica autoritate precipimus, quatenus ea Archiepiscopo reddant, aut pactum cum eo tale faciant, quod ipsi debeat complacere, ne bona iniuste detinendo & auferendo terrena, & animae incurrant periculum, & bonis priventur aeternis. Quod si nostra praecpta contempseritis, cum iterata ad nos querela pervenerit, nos Canonum ultionem, & gladium Spiritus asseremus: obediens vos monitis nostris divina misericordia custodiat.

*Quod epocham huius Epistole spectat, nulla in eius cauce legitur nota chronologica: sed ante annum 1096. datam fuisse dicebatur est, cum eo anno obierit Dalmaticus Archiepiscopus.
Alteram Raynerio S. R. E. Cardinali Legato datam excrispsit Baluzius ex Charulario Archiepiscopi Narbonensis & publici juris fecit in Appendice Actorum ad Petr. de Marca de Primatibus. Eam sic accipe.*

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Carissimo, atque Dulcissimo Fratri Rainerio Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, atque Legato Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quantum de tua Religione confidentes, quae fide, qua caritate, in partes illas te direxerimus, ipse tu, dilectissime, recognoscis. Age ergo pro spe, quam de tua prudentia gerimus, & negotia quaeque poteris Domino adjuvante canonice definire procura, ea maxime pro quibus specialiter missus es, videlicet quae inter Narbonensem, & Tomerisensem Abbatem iactantur: veniens siquidem cum Barcinonensi Fratre nostro Venerabili Episcopo reverentissimus Frater noster Narbonensis Archiepiscopus, quem iam dudum vita, & religione spectatum habemus, plurima adversus Tomerisensem Abbatem conquestus est, scilicet, quod Ecclesias suae Diocesis secularibus potestatibus fultus invadat, quod excommunicatos ab eo sine omni eius absolutione recipiat, quod in Jacenti Sede sine sui licentia fecerit Episcopum consecrari, quodque auditu horrendum est, mortuum sub anathemate quendam ab eius Monachis extumulatum, & infra suum Monasterium tumulatum asseruit. Inter cetera praedictum sibi factum de Tarraconensium Episcoporum subtractione per Romanam Ecclesiam suppliciter intimavit, cum eos Narbonensis Metropolis per annos quadringentos sine alterius Ecclesiae reclamacione possederit. Nostra igitur vice in partibus illis fungens, Tarraconensibus Episcopis, nostra auctoritate praecipito, ut interim Narbonensi tamquam proprio Metropolitanum obediant, donec praesente Domino Tarraconensis restituetur Ecclesia. Toletano autem sicut Primati reverentiam exhibeant, donec Narbonensis Archiepiscopus se eorum Primatem fuisse certa possit auctoritate monstrare. Novit siquidem tua Fratertitas Primatem a Nobis Toletanum sic institutum, ut salva sint Metropolitanorum privilegia ceterorum. Abbatem quoque, ut sanctae opinionis vitium, commoneto praecipiens, ne ulterius, quae Episcopalis Juris sunt, sine Episcopi concessione recipiat, & de injuriis Narbonensi Archiepiscopo illatis competenti emendatione satisfaciat: de cetero eum, ut proprium, & sanctae conversationis reverentur Antistitem, & pacem cum eo fraternae caritatis inviolabiliter retinere procuret.

Tu autem in omnibus Romane auctoritatis memor ita te exhibe, ut nulla de te cuique possit suspicio remanere. Quia vero Narbonensis Archiepiscopus privilegia de Primatu Ecclesiam suam habuisse memoravit. quae a suo Praedecessore translata, se tamen sperat praesente Domino reperit, tu causam hanc diligenter inquire, inquisitionem ad nos referre procura. Quod si privilegiorum nequiverit auctoritas inveniri, tu cum principalibus terra de restitutione Tarraconensis Ecclesiae stude. Interim tamen Tarraconenses Episcopos ei tamquam Metropolitanum proprio obedire praecipito. Elenensis quoque Episcopi causam diligenter inquire, & inter Narbonensem Archiepiscopum, & ipsum iusto omnia iudicio definito. Idem quoque te de Crassensi cenobio inter Narbonensem Archiepiscopum, & Monachos eisdem cenobii exercere precipimus.

XXIV.

Confirmatio immunitatum & privilegiorum omnium Cluniacensis Monasterii, & ceterorum Monasteriorum, eidem subsectorum.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, reverentissimo fratri Hugoni, Monasterii Cluniacensis Abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Um omnibus sanctae Ecclesiae filiis ex Sedis Apostolicae auctoritate ac benevolentia debitores existamus, venerabilibus tamen personis atque locis, maxime quae Apostolicae Sedi semper specialius ac devotius adhererunt, quaeque ampliori religionis gloria eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Tibi ergo reverentissime, ac dilectissime frater, tam ex antiqua Sedis Apostolicae familiaritate, quam ex nobilissima tuae tuque Cenobii religionis reverentia, singularis a nobis debetur prerogativa dilectionis. Quicquid igitur libertatis, quicquid immunitatis, quicquid auctoritatis tibi tuisque successoribus

Exordium.

Causa privilegii.

tuo.

Urbanus PP. Secundus

Confirmatur libertates atque immunitates omnium Cluniac. Monast. hactenus concessae: Quibus fructus quoque decernitur Capella S. Odonis ab Hugone Abbate confirmata. Item Monasteria Ecclesiae omnes, quae hic enumerantur.

quoque Cenobio per Antecessorum nostrorum privilegia concessum fuisse constat, nos quoque huius nostri decreti pagina conferimus, tradimus, confirmamus. Ea propter nos Capella illi, quam in honore & nomine S. Odonis tua frequentia extra Burgum ad orientalem partem edificavit, eam omnino libertatem, eam immunitatem praesentis decreti auctoritate concedimus, quam apostolicae memoriae Praedecessor noster Gregorius Capellis ceteris eiusdem Burgi suo privilegio confirmavit.

Ad haec adiciamus, ut Monasterium S. Stremomi de Mauvaca, S. Mariae de Verziaco, S. Petri de Viziliaco Alta-petra, Monasterium, quod dicitur Sales, nunquam tua tuorumque successorum ordinationi & regimini subtrahantur. Hoc ipsum de universis, quae inferius scripta sunt, Monasteriis Ecclesiis statuimus: videlicet in Episcopatu Lugdunensi, Ecclesia S. Iusti & S. Dederii, Ecclesia de Frontenaico, de Rorterio: in Matisconensi, Ecclesia de Meleto, de Otgers, de Saviniaco, de Saniciaco de Berziaco, Ecclesia S. Hypoliti, S. Marini, S. Mariae de Castellis: in Augustodunensi, Ecclesia de Morisalt, de Pulignio, de Blanchiaco, de Monte S. Joannis, de Luciac, de Crupellis, de Milpont, Ecclesia S. Mammetis: S. Christophori: in Lingonensi, Ecclesia S. Eulaliae S. Joannis de Laona, de Trualt, de Arcu, de Vancoura, de Marmaisia, de Altars: in Basili, Ecclesia sancti Albani: in Cabilonensi, Ecclesia de Viniules: in Arvenensi, Ecclesia sancti Amandi, S. Sepulchri de Lavenna, S. Mariae de Castello, de Canariis, de Montania, de Niagro-stapulo, de Angerolis, de Arunna: in Viennensi, Ecclesia de Artaz, Moras, Mantula, Loteng, Monte Castaneto: in Gratianopolitano Ecclesia de Alavart, de Avalum, de Tejes, de Valbones, de Visilia: in Valentiniensi, Ecclesia de Cabetul, de Castellis, de Ales, de Urz: in Diensi, Ecclesia S. Sebastiani, sanctae Eufemiae, sancti Petri de Trefort, de Arun, de Aurel, de Calcium, de Castello-novo: in Tullensi, Ecclesia de Domna Maria, de Frondonis villa: in Metensi, Ecclesia de Tihencourt: in Lemovicensi Monasterium, quod dicitur Boort: in Belvacensi, Ecclesia sancti Lupi, sancti Christophori: in Meldensi, Ecclesia S. Mariae de Nantolio: in Parisiensi, Ecclesia sanctae Mariae de Longo ponte, de Ales: in Ambianensi, Ecclesia sancti Petri de Lahun: in Morinensi, Ecclesia sancti Michaelis: in Sueffionensi, Ecclesia sancti Petri de Cusiaco: in Longobardia, Monasterio sancti Valeriani de Castello Rothobio, sancti Majoli de Pavia, S. Michaelis de Mucharione, sancti Majoli de Costemola, sanctae Mariae de Feraria cum omnibus, quae in Lomello, & Lomellina Gonteranus dedit, Ecclesia sanctae Mariae de Lacu: in Vercellensi Episcopatu, Monasterio sancti Petri de Castellio, sancti Joannis de Baina, sanctorum Joannis & Pauli de Sandalio, sancti Martini de Salamone sanctae Mariae de Firminiana, Ecclesia de Parione, de Calviallo, sancti Petri de Sade: in Pergamensi, Monasterio sancti Jacobi de Ponticla cum suis obedientiis, Presiate, Mediolaco, Portiziana, Mauringo, Glariola, Verziliano, Maglo Sala, Vultulina, sancti Pauli cum his obedientiis, sanctae Mariae de Sarnecho, S. Petri de Umbriano, sanctae Trinitatis de Cremina, sancti Petri de Madegnaco S. Michaelis de Sencino, san-

cti Martini de Kudilliano, sanctae Juliae de Casacho, S. Thomae de Quintiano, sancti Salvatoris de Valle-Camonicha, sancti Andreae Brignano, sanctae Mariae de Catur, S. Egidii de Vergefima: Monasterio sancti Petri de Redingo, sancti Petri de Provallo cum his Cellis, Trigolis, Alfanello, S. Gabrielis de Cremona cum cellis suis quae sitae sunt in Castro Fontanella, Trigolo, Granello, Scandalario, Brixiana juxta Virolam: in Placentia, Monasterio sancti Gregorii cum his Cellis, Ecclesia sancti Leonis de Miradolo, S. Laurentii de Cuminiaico: in Laudensi, Monasterio sancti Marci cum his Cellis, sanctorum Firmi & Rustici de Fratta, S. Crucis de Vicodardo, sanctae Mariae de Calventiano, Monasterio S. Joannis de Vertumade cum suis Ecclesiis sanctorum Martyrum Cassiani & Hipolyti de Uzzade, sanctae Mariae de Laveno, & sanctae Heligae de monte Vegliano cum universis appendiciis & pertinentiis suis.

Haec omnia, vel quae in futurum, Domino adjuvante, iuste poteritis adipisci, tibi tuisque successoribus ita perpetuo regenda disponenda ac possidenda firmamus, ut nemini unquam liceat eorum aliquid a Cenobii Cluniacensis unitate subtrahere. Porro sicut a beatae memoriae Papa Gregorio in Romana Synodo, & a nobis nuper in Placentina statutum est, praesentis privilegii auctoritate decernimus, ut nulli sit Archiepiscopo, nulli Episcopo, nulli Apostolicae Sedis Legato facultas sine certo Romani Pontificis praecpto adversum vos aut vestrum Cenobium excommunicationis, aut interdictionis proferre sententiam, neque vestra, vobis invitis, iudicia ventilare. Dalmatica, Compagorum, Chyrothecarum, & Mitrae usum in festivitibus octo precipimus, sicut tibi concessus est, ita tuis quoque successoribus pro tuae religionis ampliori dilectione concedimus. Si qua vero ecclesiastica, seculari persona, huius privilegii paginam, sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Datum Placentiae per manum Joannis sancti Romani Ecclesiae Diaconi Cardinalis, XVII. Kalend. Aprilis, Indictione III. Anno Dominice Incarnationis MXCV. Pontificatus autem Domini Urbani Secundi Papae anno VIII.

Bull. Rom. Tom. II.

L. 2

De

Confirmatur quoque immunitates a subsecutis concessis ab Episcopo Legato Apostolice Sedis Monast. irrogandis.

Uso Mitrae &c. pro ceteris Abbatibus successuris Hugoni.

Solae Clausulae.

Dat. die 16. Martii anno Dom. 1095. Pont. an. VIII.

X X V.

Decretum, ut mortuo Giraldo Episcopo Arausicano, nullus in ejus locum eligatur; Sed hæc Ecclesia in pristinam redeat unitatem, & ab Episcopo Tricastino regatur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei.

AD præsentium notitiam, & futurorum memoriam non latere volumus, quoniam inter Tricastinos, & Arausicos diuturno contentio habita est; Tricastinis quidem de unitione, Arausicis vero de parochiarum Ecclesiarum divisione, contestantibus. Et concertatio cum reverendissimo Pontifici Gregorio prædecessori nostro... Arausici... literas dirigens. Legatum pro hujus rei discussione ad eos se missum pollicitus est; quod tamen postea... indagare nequivimus. In hac autem suspensione... G... Ecclesiam Episcopus electus, & consecratus est. Tricastinus ergo Episcopus Pontio, Aurisicensem Ecclesiam asserens per multos annos a suis prædecessoribus fuisse possessam, querelam hanc cum ad nostras aures pro multis Ecclesie Romane persecutionibus proferre non posset, in pluribus transalpinis Conciliis exponi procuravit. Novissime cum ad nostram notitiam pervenisset, nos quoque eam ad Concilii proxime celebrandi audientiam differri præcipimus. Interim venerabili fratri nostro Guillelmo Arausicensi Episcopo significare curavimus, ut ad Synodum veniens, se ad defendendum hu usmodi negotium præpararet. Cum autem venisset, ipse quidem divisionis istius canonicas causas proferre non potuit; Tricastinus vero post diuturnam & plusquamcentenariam possessionem, venerabilium Pontificum Romanorum, & Gregorii, & Alexandri privilegii cause suæ partes tuebatur. Quare nos de Gregorii decreto, quo ab ipsa fuit Ecclesia potitum, quædam inter fratres nostros questio orta est, placuit alium adhuc definiendæ cause terminum adhiberi, in quo & Aurisicensis Episcopus, si quam posset, defensionem nancisceretur, & Tricastinæ Ecclesie clerici de eodem privilegio nos jurejurando facerent certiores. Curque... convenissent, & confrater noster Arausicensis Episcopus, sicut promiserat, non venisset, nec excusationes aliquas præmississet, & tunc nobis placuit negotii finem in tempus aliud protelari. Cæterum clericis & itineris difficultates, & rerum longa dispendia prætentibus, nec longiores posse moras pati instantissime proclamantibus, visum est fratribus nostris tam Episcopis, quam & nostræ Apostolicæ Ecclesie Cardinalibus, ut Tricastinorum Clericorum satisfactionem suscipere deberemus. Tres itaque Tricastinæ Ecclesie clerici super Evangelia sacrosancta jurarunt, se vidisse & legisse Romani Pontificis Gregorii bullatum privilegium, Bonifacio Tricastino Episcopo attributum, per quod prædictæ Ecclesie fuerant cuncta. Cujus videlicet privilegii tenorem secutus S. memorie Pontifex Alexander II. præfatas Ecclesias censuerat sub uno semper Episcopo permanere. Post hoc Aurisicensis Episcopus cum Ecclesia suæ Clericis veniens, eas, quas præsignavimus, Gregorii Papæ VII. literas detulit; alia quoque chartarum mo-

Ex Sammarib. Gall. Cris. n. e. Tom. I. inter Instrumenta Ecclesie Tricastin. nu. ii.

Controversia inter Arausicanos, & Tricastinos a Gregorio VII. ex xamini subje- ta; sed non definita; Ad Urbanum PP. delata;

Et in Concilio cognita.

Tricastin. Ecclesie jura ab Episcopo prolata.

Gregorii PP. Privilegium de unione;

Ab Alexandro II. confirmatur.

nimenta monstravit, quibus & rerum veritas certius claruit, & Tricastinorum relatio vires accepit. Et nos ergo instrumentis talibus roborati, secundum Fratrum nostrorum judicium, præfenti decreto sancimus, ut defuncto fratre nostro venerabili Episcopo, qui ad præfens Aurisicensi Ecclesie præfideat, utraque mox Ecclesia in pristinam redeat unitatem; nisi forte post proximam, quam præparante Domino expectamus Pentecosten, infra unius anni spatium... constiterit, eas certo Romani Pontificis præcepto, & decreto fuisse divisas. Alioquin omnis sopiatur... ut defuncto confratre nostro superius nominato Episcopo, eadem Ecclesia ad aliam transeat. Illa vero, quæ hæctenus prima habita est, & deinceps principatum obtineat: Ita tamen, ut Episcopus, qui utrique præfuerit, nihil de preventionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriis, quæ vel quomodocumque in alterius patrimonii habentur, modo quocumque, vel occasione qualicumque patiatur imminui. Si quis vero hanc nostræ constitutionis paginam, &c... Actum Cremonæ XVII. Kal. Maii... anno Dom. Incarnationis MXCV.

AN. CH. 1095. Monumenta in contrarium ab Episcopo Araus. delata.

Tandem Arausicana Ecclesia Tricastina Pontificio Decreto unitur.

Dat. die 19. Aprilis anno Dom. 1095. Pontif. anno VII.

X X V I.

Caturcensis Ecclesie Canonici confirmantur in professione vitæ regularis, quam recens professi erant.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Gosberto Priori, ejusque fratribus in Caturcensi Ecclesia Canonicam vitam professis, & eorum successoribus in eadem religione permanens, in perpetuum.

Ex Original. Ecclesie Caturcensis editi Sammaritan. Gall. Cris. n. e. Tom. I. inter Instrumenta Eccl. Caturc. num. viii.

Exordium.

Confirmatio vitæ regularis,

Itaque nomini licet sine licentia claustris egredi.

Confirmatur bona Canonice a Giraldo Caturc. conlata.

PLÆ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utiliter postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur vos, o filii in Christo carissimi, per divinam gratiam aspirati, mores vestros sub regularis vitæ disciplina coercere, & communiter secundum SS. Patrum institutionem omnipotentis Domino deservire proposuistis; nos votis vestris atque petitionibus paterna benignitate impertimur assensum. Vitæ quippe Canonice ordinem, quem professi estis, præfentis privilegii auctoritate firmamus; & ne cui post professionem exhibitam sine Prioris seu Congregationis licentia, de claustris discedere liceat, interdiximus; & tam vos quam vestra omnia Sedis Apostolicæ protectione munimus. Vobis itaque, vestrisque successoribus in eadem Religione permanens, ea omnia perpetuo possidenda sancimus, quæ venerabilis frater noster Giraldu Caturcensis Episcopus ad gubernationis vestre solatia noscitur contulisse; Ecclesiam scilicet S. Juliani de Bovena, Ecclesiam S. Petri de Morrado, reditus Villæ, quæ dicitur Pardinæ, medietatem oblationum ex altari beati Stephani, medietatem census monetæ Caturcensis, qui Episcopo competere videtur, tertiam partem paratarum, quæ parochiani solent Episcopo comparari, cætera omnia, quæ idem Episcopus vel jam vobis contulit, vel in futurum est largiente Domino collaturus. Etiam

1895. Decretum pro eorum dem bonorum immunitate.

Ecclesiastici honores hujus Canonice Canonorum voto conferendi.

Solite Clausule.

Dat. die 23. Augusti anno Dom. 1095. Pontif. anno VII. leg. MXCV.

Ex Archiv. Arelatensi editi Sammaritan. loc. cit. inter Instrum. Ecclesie Avenion. n. XIII.

Exordium.

Confirmatio vitæ regularis,

Et honorem omnium que Apostolicæ Sedis protectione muniantur.

etiam, quæ olim ad Caturcensium Canonicorum usum collata, sed post eorum negligentis detrita, & in manus militum cæterorumque secularium dissipata sunt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Canonicam temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum subventionem ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Illud etiam supranominati Episcopi constitutum præfentis Decreti pagina stabilimus, ut Prepositura, sive Archidiaconatus, & cæteri Ecclesiastici honores Caturcensis Ecclesie vestris, vestrorumque successorum consiliis ordinentur. Siqua vero in futurum Ecclesiastica, secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat; reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; atque a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, & in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Joannis sanctæ Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, X. Kal. Sept. indict. III. anno Dom. Incarnationis. MXCVI* ... bani secundi Papæ Octavo.

XXVII.

Confirmatio Regularis disciplinæ Canonicorum S. Avenionensis Ecclesie, qui cum bonis omnibus ad Canonicam ipsam spectantibus sub protectione Sedis Apostolicæ suscipiuntur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Silvestro Preposito, & ejus fratribus, in Avenionensi Ecclesia Canonicam vitam professis, eorumque successoribus, in perpetuum.

PLÆ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur vos, o filii in Christo carissimi, per divinam gratiam aspirati, mores vestros sub Regularis vitæ disciplina coercere, & communiter secundum SS. Patrum institutionem omnipotentis Deo deservire proposuistis; nos votis vestris paterno congratulamur affectu. Unde etiam petitioni vestre benignitate debita impertimur assensum, & vitæ Canonice ordinem, quem professi estis præfentis privilegii auctoritate firmamus; & ne cui post professionem exhibitam proprium quid habere, neve sine Preposito Congregationis licentia de claustris discedere liceat, interdiximus; & tam vos quam vestra omnia Sedis Apostolicæ protectione munimus. Vobis itaque vestrisque successoribus, in eadem Religione permanens

ris, ea omnia perpetuo possidenda sancimus, quæ in præfentiarum pro communis victus subventionem possidere videmini, Ecclesiam scilicet S. Martini apud Tarasconem, S. Agricolæ de Lupera, & Sancti Pauli de Palude, S. Dom. & S. Columbæ de Cortedune &c. S. Georgii de Garriga, Pagi de Mairranica partem quartam, & insularum ad ipsum pertinentium. Universas præterea Avenionensis Ecclesie Præbendas & honores seu dispensationes, quas hodie possidetis vos, qui auctore Domino vitam Canonicam ducitis: sive quas clericorum quidam obtinent, qui necdum propriis obrenunciaverint, communitatis vestre usibus confirmamus, quocumque in tempore illas aperiri contigerit: & quæcumque deinceps concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, juste atque canonicè poteritis adipisci. Ad hæc decernimus, ut defuncto Ecclesie vestre Episcopo, successoris electio vestrum potissimum, vestrorumque successorum qui canonicè vixerint, deliberatione persistat. Id ipsum etiam & universæ Ecclesie, seu Claustris vestris Prepositis, sive Dispensatoribus eligendis perpetuo observandum censemus. Si qua sane in crastinum Ecclesiastica, secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secunda tertiove commonitione si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, & in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Congregationi justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum Avenione per manum Johannis Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, XVII. Kal. Octob. Indict. III. anno Domini Incarnationis MXCV. Pontificatus Domini Urbani Papæ anno Octavo.

Ecclesie Avenionensis Episcopi, Prepositi, & Canonice electionis ipsos Canonicos. Solite clausule.

Dat. die 16. Septembris. anno Domini 1095. Pontif. anno VII.

XXVIII.

Confirmatio Monasterii Aubechiensis in Diocesi Cameracensi, & rerum omnium ad illud spectantium.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectio filio Rogerio Abbati Monasterii, quod situm est in Parochia Cameracensi, insula quæ dicitur Abbetias, salutem & apostolicam benedictionem.

Sammarib. loc. cit. T. III. inter Instrum. Ecclesie Camerac. num. xiv

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu sollicitos esse, & quæ recte statuta sunt, stabilire. Quamobrem, charissime fili Rogeri, tuis petitionibus apostolicæ benignitatis aures inclinantes Monasterium sanctissime Trinitatis, cui auctore Deo præfides, præfentis Decreti auctoritate munimus, & quæcumque bona venerabilis confrater noster Gerardus Cameracensis Episcopus, cujus nimirum donatione locus ipse institutus esse cognoscitur, præfato Monasterio contulit: quæcumque præterea qui

Confirmatur bona a Gerardo Ep. Monasterio donata.